Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



28

pauli libenter accepit. Hinc dauid correptionē subditi
humilitē audiunt. quia rectores boni dum priuato diligere
amore se nesciunt. libere puritatis uerbū a subditis
obsequium humilitatis credunt. Sed inter hec necesse
est ut cura regiminis tanti moderaminis arte temperet.
quatinus subditorū mens cumquedā recte sentire poterit.
sic in uocis libertate prodeat ut tam libertas in superbiam
n̄ erumpat. ne dum fortasse in moderatius linguē
eis libertas concedit. utq; abbis humilitas amittat. Sci
endum quoq; quod oporteat ut rectores boni placere
hominib̄ appetant. sed ut sue estimationis dulcedine
proximos in affectū ueritatis trahant. n̄ ut se amari
desiderent. sed ut dilectionē suā quasi quandā uiam
faciant p quā corda audientiū ad amorē conditoris in
troducant. Difficile quippe ē ut quā libet recta de
nuntians p̄dicator qui n̄ diligitur libenter audiatur.
Debet ergo qui pre est & studere se diligi. quatinus
possit audiri. & tam amorē suum p semetipso n̄ querere.
ne inueniat ei cui seruit p officiū cernitur occulta
meditatione cogitationis tyrannide resultare. Quod
bene paulus insinuat cum sui nobis studii occulta ma
nifestat dicens. Sicut & ego per omnia in omnib̄ placeo.
Qui tam rursus dicit. Si ego adhuc hominib̄ placerem.
xp̄i seruus non essem. Placet ḡ paulus & n̄ placet.

ad corinthios